



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Institutione Principis Libri Tres

De Meyer, Liévin

Bruxellis, M.D.CC.XVI.

In Mejeri Institutionem Principis Epigramma.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68662](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68662)

IN MEJERI
INSTITUTIONEM PRINCIPIS

EPIGRAMMA.

Cæcus Odissæiam cecinit jam debilis ævo,
 Dum minus alta tonans, nec sat Homerus erat.
 Tu primâ, MEJERE, fuisti ætate Tibullus:
 Cycneisne comis incipis esse Maro?
 Fabula jam vera est: longo qui tempore Musas
 Fugerat, en senior jam canit albus olor.
 Carmine carnifices fregisti junior Iras:
 Nunc scelerum, vindex, proteris omne genus.
 Occidit, heu! lecturus erat qui carmina Princeps!
 O veniat tantum qui legat alter opus.

J. G. KERCKHERDERE.

APPROBATIO

Censoris ordinarii.

Poëma de Institutione Principis, Auctore R.^{do} Adm.
 Patre Livino de Meyer è Societate Jesu, fuit venâ
 veterum Poëtarum: documenta Christiana, quæ Principi
 præscribit, sunt Augustæ Domui Austriacæ congenita. Uti-
 liter imprimetur. Datum Mechliniæ 6. Decemb. 1716.

JOANNES-BAPTISTA DE SMET
 Canonicus graduatus Ecclesiæ metro-
 politanæ, Seminarii Archi-Episcopa-
 lis Præses, librorum Censor.

FA-